Exemtores, qui assistant. +

IX. Gregorius Episcopus servus servorum dei Venerabilibus fratribus Ma-
gunien. et Treverensium Episcopis salutem et apostolicam benedictionem.
Que communiuntur sedis apostolice opportuno patrocinio,
plene firmitatis obtinent fundamentum et cum
humana commercia calumnijs varijs obnoxia fore
dinoscuntur. Hinc est quod cum nos Prussie partem quam
dilecti filij fratres hospitalis sancte Marie Teutonicorum
Jerosolimitani Christiani exercitus subsidio communiti de
faucibus eruendo fidelium reddiderunt Christiano nomini
divina suffragante potentia subiugatam vel in posterum
contra paganos tuendo familiam redemptoris acquirent,
duximus subiugandam sub speciali apostolice sedis protectioni
ac defensionibus perpetuis permansuram temporibus ~~fratrum~~
fratribus tam ipsis et eorum domui cum omni iure
et proventibus suis concesserimus in perpetuum libere pos-
sidendam neque ab aliquo possidendam. pacifice cupientes
ut eo liberius vacent redemptoris obsequijs, quo nullis
impediti fuerint malignantium nocumentis, fraternitati
vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus
prefatos fratres nostre protectionis munimine confoventes
ipsos super dicta parte Prussie ac super alia quam contra
paganos, sicut superius exprimitur obtinebunt ~~molesta-~~
molestari ~~tum~~ ab aliquo minime permittatis. Molestatores huiusmodi
per censuram Ecclesiasticam ~~appellatione~~ appellatione postposita com-
pescendo. Datum Spoleti v Idus Septembris pontificatus
nostri Anno octavo.

IIII. Innocentius Episcopus servus servorum dei Dilectis filijs
magistro et fratribus hospitalis S. Marie Teutonicorum
Jerosolimitan. salutem et apostolicam benedictionem. Pietati
proximum et rationi consonum arbitramur Quod
nobis a voluptatibus seculi abdicatis tollentes crucem
sancti ipsius Dominum crucifixum Omnium quam cum Deo

Inuestitura magistri de terra Prussiae, in subiectione ordinis sedi apostolice.

possumus favoris gratia liberaliter respondeamus, presertim
cum licet immeriti eiusdem Dei vicem geramus in terris,
qui sua vestigia sequentibus, premiis vite premia lar-
giturum in celis. Sane nostri relatu didicimus quod vos
ad Prussie partes salvatoris vestri preambula gra-
tia in terra nomine Colmen, quam a Christianis
longis retro temporibus habitatam predecessoribus dicti
filij nobilis viri C. ducis Polonie tenentibus in
eadem, idem nobilis vobis pro salute sua, et fidelium
in confinio dictarum partium positorum pia liberali-
tate donavit, prout in eiusdem privilegio super hoc con-
x construendis fecto plenius dinoscitur contineri. ~~constitutis~~ per vos
castris et villis non absque multis laboribus et expen-
sis paganorum impetu divina compescuistis gratia refre-
nato ac dictorum salute comitata fidelium quos a
multis temporibus afflixerat eorundem insania pa-
ganorum Prussie partium reddidistis Christiano nomini sub-
iugatam, Nos itaque ad instar pie recordationis, Gre-
G. Pape ~~tt~~ predecessoris nostri digne volentes, ut quod acquisitione
terre Prussie eo plenius vester animus invalescat
quo vos et posteros vestros fidei Catholice cultores
a nobis obtinuisse gratiam specialem. Quod a vobis suffra-
gante potentia Christiano cultui de ipsa terra auctore domino
nostrum acquisitum in ~~his~~ ipsis et acquirendum fuerit pelli
suscipimus et eam sub speciali sedis apostolice protectione
et defensione perpetuis temporibus permanere sanctimus
ipsamque vobis et domui vestre cum iuribus et pertinentiis
suis concedimus in perpetuum libere possidendam
ac dilecto in Christo filio Gerhardo, magistro domus vestre
annulo nostro de terra investituram fecimus, Ita quod
ipsam per quem fidelitatem sedi apostolice promisisti, pro

nos aut alios, nullius unquam subjiciatur domino temporali.
Quae vero in futurum largiente Deo, missis per eos seminatoribus
in Christianitatis de terra paganorum in eadem Prus-
cia vos contigerit acquirere, firma et illibata vobis ve-
strisque successoribus sub iure et proprietate sedis apostolicae
eodem modo statuimus permanenda. Caeterum in
eadem terra dispositioni S. Apostolicae reservamus ut
per ipsum cum nos per gratiam divinae munere
spiritualia spiritualia eiusdem terrae spatia contigerit obtinere
ac de statu ipsius per nos plenius fuerimus informa-
ti ordinatur de constituendis in ipsa Ecclesiis, et insti-
tuendis ibidem clericis Episcopis et Praelatis aliis, nec non
de quantitate quod iidem de spiritualia terra congruam ha-
beant portionem, et quod conventiones et pactiones quae
praesentibus habitatoribus eiusdem terrae fuisse noscuntur
11 futuris aut futuris facitis in posterum a vobis valeant ob-
servari et quod in recognitionem dominii et proprie-
a sede apostolica libertatis Ecclesiae Romanae censum an-
nuum persolvatur, sicut in Deo et honorem Ecclesiae
ac utilitatem vestram visum fuerit expedire. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis
concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu
temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesump-
serit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum
Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.
Dat. Anagniae Kalend: Octob: pontificatus nostri
1243 Anno primo.
m Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis
magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Theuto-
nicorum Jerosolimitani salutem et apostolicam benedictionem.
Justis petentium desideriis dignum est nos facilem